



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 8. Conatus emendandi duos locos è tertio libro Aristotelis De arte dicendi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

ἄλυπός, καὶ πολυχρόνιος, ἕτ' ἂν ἐπιτυχῆς διαμείνεν αἰ. quibus ex verbis quam sententiam efficiat, ex ipsius commentario perspicui potest. ego autem ita legendam esse: *ἢ ἄνοστος ἢ ἄν, μηδ' ἐπιτυχῆς, ἢ ἔσται ἀπαθῆς, ἢ ἄπτος, καὶ πολυχρόνιος ἂν δὲ τύχης διαμείνεν αἰ.* cum dixisset, ad *ἐπιτυχῆσαν* concurrere oportere cum corporum fortunæ bona: causam statim addidit, cur vitæ que necessaria essent. nam & nisi qui prospera vitæ valetudine, integrisque sit corporis viribus, is vitæ *ἄθης* sit, fieri profus non potest: & cui parum amata fortuna sit, neque vacare molestiis poterit, neque vivere. multa enim fortuito obici possunt, quæ parum magnas & graues molestias afferant, partim etiam vitæ spatium contrahant. hoc est igitur quod ait, *τύχης ἕτε ἄλυπον, ἕτε πολυχρόνιον διαμείνεν οἷόν τε ἔσ.* Eodem propè modo memini correctum olim esse ab *Aurato*, homine doctissimo, mihi que amicissimo, verum quendam Callimachi ex hymno in Apollinē qui cum vulgo ita legatur:

Οὐδ' ὁ χροῖος τ' Φοῖβον ἐφ' ἑνὸν μόνον ἡμῶν ἀείσει.

Ἔστ' ἄν ἐπιτυχῆς πρὸς ἄν ἕρεα Φοῖβον ἀείδει.

legendus est, ut is, quem modò dixi, vir eruditissimus admonuit, hoc modo:

Ἔστ' ἄν ἐπιτυχῆς. τίς ἂν ἕρεα Φοῖβον ἀείδει;

hoc enim dicit poeta, neminem esse usque eò rudem & indisertum, cui non facillimum sit laudare Apollinem. nam ita multa in eo laudanda esse, ut nemi, et infantissimo quidem, qui eum celebrare instituerit, deesse possit oratio.

Conatus emendandi duos locos è tertio libro Aristotelis

De Arte dicendi

CAP. VIII.

SVMVM studium adhibere debent, quicumque aliquid dicendo persuadere meditantur, in ipso dicendi

cendi artificio occultando & obtegendo. natura enim comparatum est, vt facilius assentiamur iis, qui ita vti nature impetus fert, loqui videntur, quàm illis, à quibus naturalem illum cursum arte quadam inflecti opinamur. etenim veritatis, vt ait Euripides, simplex est oratio. quo fit, vt quicumque ab illa naturali simplicitate discedunt, veniant nobis in suspicionem, quasi decipere nos, ac circumscribere moliantur. Sapienter igitur à dicendi magistris præcipitur, summam artem in arte dissimulanda sitam esse. quod Aristoteles libro tertio his verbis complexus est: Διὸ δ'εὶ λανθάνειν, πεινῶντας, ἢ μὴ δοκεῖν λέγειν πεπλασμένως, ἀλλὰ πεφυκότως. ἴστω γὰρ τὸνανόν, ἐκείνο δ' ἰπὲρ πάντων. ὡς γὰρ σπεῖος ἑπιβελδύοντα διαβάλλον. Quæ verba exponens optimus interpretum, ait, verbum διαβάλλον alio quodam modo accipi, quàm plerunque solet. cum enim διαβάλλειν vsitate dicatur pro eo quod est criminari, aut calumniari, hic valere idem, quod malè animo affectos esse. ego autem, quod bona ipsius venia dictum sit, nunquam id verbum eam vim habere arbitror: neque sanè eo loco quem ipse ex Plutarcho protulit, declarationem illam villo modo confirmari puto. potius autem crediderim, erratum esse à librariis, qui διαβάλλον scripterint, cum scribendum esset διδραχμῶν. ac ne illud quidem pigebit admonere: paulo supra eum quem modò recitauimus, locum, vbi in vulgatis libris legitur, ἐν τοῖς φιλοῖς λόγοις πολλῶν ἐλάττωσιν mihi quidem legendum videri, ἐν τοῖς φιλοῖς λόγοις πολλῶν ἐλάττω εἰσίν. ipsa enim orationis ἀκρίθεια, nisi valdè fallor, aliter constare non potest.

L 4 Illustratum

Mureti
via Lektionen
LIII
25